Vir Praeclariſsime!

Tomum Operis Tui epochalis cum gratiarum actione percepi; pretium 81 fr. cum porto proxime submittam. Pro non promerita distinctione mei novitus imas ago gratias.

Effigiem vilitatis meae gratam habeas.

Tabulae Tuorum, Vir Praeclariſsime, Fungorum delineatorum sunt adhuc alicubi perceptu?

Pro effigie Tua, Vir Praeclarissime, vere amabili, intimas aeque ago gratias. Vivas sospes ad longissimam adhuc annorum seriem!

Observo, fungillum Kmetiae vegetasse in ligno decorticato Fagi, quod ego D. Abbati Bresadolae scripsi.

Ulterioribus affectibus Tuis amicabilibus enixe devotus, imo cum veneratione culta emoreor

Prencov 13. Martii 1902.

Tuus
servus humillimus
Andreas Kmet
parochus